

EPISTOLA LXI.

S. Satis profecto literas scribendo defatigatus, Vir clar., te tamen salutandum, per votum de pace Christi, duxi: quia te constanter diligo. Fratrem tuum Philippum, naturæ placidæ & pacatæ, pietatis & jam patriæ doctrinæ, valetudinis denique nomine, in Italiam, hoc tempore neutiquam ablegandum: Si cui visum esset me in consilium adhibere. Boni consules meam libertatem quæ cum studio & amore erga vestram familiam conjuncta est. Interea precor Deum ut consilio vestro, quod meo dissimile est benedicat. Quæso autem te, ut communi & bonæ fidei amico, Doct. Cluvero amicissimam meo nomine salutem dicas: & signifiques cochlearie e succino majore successu ab eo mihi missum, quam poculum ex eadem materia, quod quum mei amans Trucsessius baro Waltburgensis adferre cupiebat, everso vehiculo, confraictum fuit. Mulhausina seditio recrudescens, (a) reveraa Deo ipso repressa

(a) de seditione Civium Mülhus, contra Senatum A. 1586. & 87. suscepta videatur *Münsterus* in nova editione & M. Städtlern in seiner *Schweizerrischen Chronik* P. II. L. VII. f. 293. & 310. ad quam si-
nc